

B. N. II, 86.

h. 16, 15.

(X 1878235)

14.



DIVINIS AUSPICIIS
DE

CONSENSU
ELECTORALI,

PRÆSIDE

DN. NICOLAO CHRISTO-
PHORO LYNCKERO, JCTO,

Sereniss. Ducum Saxoniae Consiliario, &
Consil. Eisenacensi Aulico, Facultatis Juridicæ in Almâ
Salanâ Seniore, Cod. item Novell. Juris Publ. ac Feudalis
Professore Publ. ut & Judiciî Supremi Ducalis & Scabina
tûs Assessore:

Domino Patrono ac Fautore suo colendissimo.

Ad diem 18. Septembr. Anno 1677.

IN AUDITORIO JCTORUM

disputabit,

GOSSCHE von  Alfeld/ Eq. Holfatus.

EDITIO SECUNDA,

JENÆ,

Recusa typis GEORGII HEINRICI MÜLLERI,

ANNO MDC LXXXI,








FELICITER!

I.



Beo tempore, quò COLLEGIUM ELECTORALE, in Consultationibus Imperii, à Classe Principum secessit; quod Anno 1489. in Comitibus Francofurtensibus, sub Frederico III. Imperatore, contigisse, ex *Lebmanno*, probat Arumæus de Comitibus c. 4. n. 30. vel maximè autoritas Eorum invalescere cœpit: adeò, ut cum antehac F.E. non aliâ ferè, quàm eligendi Imperatoris prærogativâ gauderent; in cæteris autem ut plurimum Principibus æquipararentur; (*vid. rubr. Churfürsten / Fürsten 2c. sollen 500. Pferde halten / cum seq. D. des Regim zu Augspurg de Anno 1500.*) tantum quòd Electorum, velut *Officialium* in Imperio, & *Principum* ab antiquo *eminentium*, in exquirendo Ordinum consilio, potior haut dubiè ratio habita fuerit: nunc quidem ad tantum illi processerint fastigium, ut multis Electorum illa præferentia, & separati Collegii Autoritas, in OLIGARCHIAM quandam erumpere visa fuerit: Quocirca non solum, quoad *Conventus Deputatorum*, Collegium Principum eandem Collegii Electoralis à cæteris Statibus *separationem* ulterius admittere noluit, atque super eò negotiò cum prædicto Collegio Electorali mul-

A 2

tis

tis argumentis in Comitibus *de An.* 1653. disceptavit: (quam Imperatoria Majestas *d. 13. Oct. ejusd. Anni* pronuntiaverit pro Electoribus, & ex parte querelis Principum, præcipuè Protestantium, per §. 184. *R. N. d. anno 1654.* consultum fuerit;) vcrum etiam cæteris, quas Electores sibi & Legatis suis præ Principibus Legatisque Eorum, nostris etiam temporibus, asseruerunt, prærogativis, maximam partem, (quotquot Eorum cum primis ex Electoralibus Familiis non constant,) adhuc renitantur. Quod si tamen *Oligarchiam* describimus, quâ pauci Rempul. non ad civium, sed ad suam utilitatem administrant: *vid. Bœcler. lib. 3. Inst. Politic. c. 5.* nomen istud valdè odiosum, nec tantis capitibus sine livore ab *Herdano* aliisque tribui existimandum est. Omnino enim Collegium istud Electorum **CARDINEM** quasi **IMPERII** tenere, quò sine tantum corpus nec librari; nec *Monarchici* juris fastigium cum *libertate* Ordinum contineri, volviqve posset; nisi in tantâ videlicet Ordinum copiâ totque Eorundem diversis studiis, ex illis aliqui, & præcipui quidem, propius Imperatoriæ autoritati assisterent. Nec verò aliâ ratione Electores in *Capitul. Ferd. II. artic. 41. & Capitul. Leopold. artic. 46.* dicuntur **Haupt-Säulen des Reichs**: item in *A. B. cap. 3. §. 1. columnæ Imperii: c. 30, §. 1. columnæ & latera*: similiter in *Capit. Carol. V. artic. 4. die forderste Glieder*: & jam antè in *A. B. proœmio & c. 2. membra primaria*: item in *d. Capit. Ferd. II. artic. 41. die innerste Glieder*: puta non minus *Imperii*, quam corporis *Imperatorii c. 24. A. B. §. 1. Secus atque Goldastus*, qui *Electores* membra corporis Imperatoris, sed *Statûs cæteros* membra Imperii esse reputaverat. *vid. Limneum ad Capit. p. 290.* Hactenus enim *Imperium* non aliud est, quam quod tenet Imperator, suntque membra ejus quilibet

bet

bet Imperii subditi: *Idem Limn. Lib. 1. juris publ. c. 7. n. 56.*
 etiam non Statûs; *Lib. 1. cap. 8. pr.* tantum quod personam.
 Imperatoriam Electores propius attineant: Nachdem
 der Churfürsten Hoheit und Dignität mit eines Römi-
 schen Keyfers Gewalt und Hoheit/ daher sie auch fleuß/
 dermassen verbunden/ das eine ohne die andere nicht ver-
 schmälert werden; auch eine ohne die andere nicht beste-
 hen kan: (ut habet Decretum Cæsareum d. 20. Julii. Anno
 1590. ap. Brüningium de Jurib. Universitatum. tb. 10.) Und
 daß auff ihnen / als des Reichs Haupt = Ständen und
 Grundfesten das Reich vornehmlich beruhet und bestehet:
 velut in Conventu Ratisbonensi Anno 1630. Electores de
 semet ipsis efferunt: in Mantissâ *Limn. ad Capit. Ferd. II. p.*
214. Quamobrem in Electoribus Crimen quoque Majestatis.
 (non ita in aliis Principibus, & ne quidem in Electore
 quôpiam, ut *Vicario, Limn. in addit. prior. ad J. P. Lib. 3. c. 2.*
p. 287. seqq.) committitur: *Cap. 24. A. B. Sixtinus Lib. 2. de*
Regal. cap. 20. n. 10. & seqq. quonquam illud objectivè solum
 non etiam causativè & efficienter intelligendum sit.

II.

Quod verò huc pertinet, ubi de Electorum consensu
 & consilio in rebus Imperii Cæsareæ Majestati suppeditando
 acturi sumus, als nemlich die Herrn Churfürsten/ (ita
 Cæsar *Art. 3. Capit. Leopold:*) die innerste Râthe / (*cit.*
Mantissâ:) und das vornehmste höchste und geheimbste
 Raths = Mittel eines Römischen Keyfers: (ut Cæsar in
Manifesto Palatino ap. Lundorpium ad Ann. 1637. pag. 40. &
42.) item die Oberste Väter und Rathgeber Teutscher
 Nation/ seynd: *ap. Hortled. Lib. 1. von Urs. des 3. Kriegs.*
c. 37. n. 311. Ita non unicè *Consiliariorum* vicem sustinere
 putandi sunt: Nec enim nomen der Reichs = Râthe / post
 sublatum *Regimentum Imperii*, Ordinibus nostris tribui-

tur; utcūqve Imperator consilia non modò ab Electo-
ribus, sed & à cæteris quoque Principibus agnoscat: velut
im Condolenz Schreiben der jetztregierenden Keyserl.
Majest. ad S.H.L.L. Se. Liebden uns und dem Heil. Reich
Unserm geliebten Vaterland / als ein erfabrner löblicher
Regent / mit dero vernünfftigem und erspriesslichem Rath
noch länger an die Hand gehen mögen. &c. Neque etiam
consensus ille *Decretorius & Majestaticus haberi debet, cum*
illis: qui, Barclajo indignante, Cap. 5. Icon. Animorum, ad-
huc dum publico errore Majestatem Patrie exarmare fata-
gunt. Siquidem nullibi Electores, cæterivè Statūs, in
partem Majestatis aut Imperii, ab Imperatore assumpti;
quin potius in A.B.C. 30. §. 1. Cæsareæ Sublimitati assistere
Electores, & in partem sollicitudinis constituti esse, dicun-
tur: Videlicet ut Tyrannidem, pro quâ quidem sæpius
Caroli V. Imper. ævò, (notante Hortled. Tom. II. Bon U.
des T. Kr. Lib. 5. c. 3. & 4.) Monarchiæ vocabulum usur-
patum est, avertant; nec tam Potestatem Imperatoris,
cum reliquis Imperii Statibus, constringant; quàm Eun-
dem contineant in Officio atque Majestatis exercitium, ut
non nisi in Salutem Imperii vergat, (quod est Monarchicè
regere,) modificentur: Quam etiam in rem Electores in
Conv. Ratisbonensi anno 1623. voce der Raasgebung / u-
tuntur, apud Lundorp. Tom. 1. Actor. Publ. lib. 6. c. 154. p. 1706.
ac totò penè orbe receptum est, ut Reges in certa capita
obstringere soleamus. Conring. Dissert. d. Negotiis Con-
ventuum Imperii. §. 39. & seqq. Nec verò si quæ extrà ordi-
nem, in ipsâ Reipublicæ tractatione, mutatio interce-
dat, adversa Legibus, Prudentes eam attendunt; quan-
doquidem usurpationes & exempla, nullò jure firmata, de
summa rei quicquam non detrahunt: conf. Boecler. ad
jus publ. Dan. Ottonis, pag. 7. Quin potius qui aliter
sen-

sentiunt, suomet arbitrio utuntur, lympham turbant,
& fontes prætereunt.

III.

Igitur cum adeò Cæsar Majestatem à Deo habeat;
der Keyser hat seine Gewalt ohne alle Mittel von Gott:
(in der Churfürsten Ordnung / *apud Goldastum Tom. 2.*
der Reichs Satzungen *p. 35.*) durch die ordentliche Wahl:
Procem. Capitul: Ist zur Königlichem Würde / Ampt und
Regierung / & proinde ad *Dignitatem, Officium & Potesta-*
tem, der Königlichem Gewalt / (ut in cæterar: *Capit. Proce-*
miis legitur,) erhaben: Ipsiqve asseratur Regimen Im-
perii *Capit. Ferd. III. art. 9. ibi:* Nach angetretener Unse-
rer Regierung: Imò ipsum Imperium: (*vid. consuetas*
subscriptions Cæsareas: Unsers Keyserthums / Unserer
Reiche / &c.) & vel ipsos Status Imperii *Suos* appellet, Unse-
re Churfürsten / Fürsten und Stände des Reichs *R. A.*
de anno 1530. §. dieweil auch: item subditos: Unsere Unter-
thanen im Reich. R. A. zu Augspurg d. ann. 1500. Tit. Wie
die Irrung. Ideò Imperator *intentionem fundatam* pro
Majestate habet: quam Eidem extorquere non poterunt,
quæcunqve frequenti conatu, sed infirmò, in contrarium
hactenùs allata sunt. Quocircà etiam tunc Imperator ex
Plenitudine suæ Potestatis, aus Vollkommenheit der Key-
serlichen Macht / (*vid. Keyserl. Edict. vom Regiment zu*
Nürnberg. anno 1521. von succession Brüder und Schwe-
ster Kinder.) item aus Vollkommenheit unserer Maje-
stät / (*ut legitur R. A. zu Trier und Cölln de ann. 1512.*
§. und nach dem.) & plenius in der Reuterbestallung zu
Speier. *de an. 1570. von Römischer Keyserlicher Macht /*
Hohheit / und Ampts wegen /) agere dicitur, si quando vel
maximè Electorum consensus intervenit: *Cap. 3. A. B. §.*
2, cap. 12. §. 2. §. 23. item procem. cap. 1. §. 1. cap. 3. §. 2. capit. 13. in
fin. §.

fin. Et cap. 16. §. 1. Ubi quidem Limnæus in Observ. VII. cau-
sam non habuit, quare Textui additione subveniendum es-
se existimaverit; ut legeretur de Imperatoris Potestatis ple-
nitudine, omnium Principum tam Electorum quam cæterorum
Ecclesiasticorum Et secularium sano accedente Consilio. Licet
enim materia, de quâ Carol. IV. ibid. sanciebat, nempe,
Pfalburgerorum, communis fuerat; Satis tamen Carolo
putabatur, Electorum tantum meminisse: Cum & sanctio
ejus tantam præ se æquitatem ferret, ut Principum cætero-
rum Consilia desuper requirere ne quidem necessarium
autumaret. Illud interea constat, quod hæc ipsa etiam,
quæ Imperator, sive Collegii Electoralis consensu acce-
dente, sive adhibitis omnibus Statibus, decernit, nihilo-
minus de Plenitudine suæ Potestatis decrevisse dicatur:
Unde in German. textu A. B. habetur, aus rechtem Wissen/
von Keyserlicher Gewalt/ (quæ nonnulli Synonymicè, sed
malè, interpretantur, v. Jo. Henr. Bœcler. in Conduct. Carol.
pag. 5.) und einhelligem Rath aller Churfürsten/ Geistli-
chen und Weltlichen / & in R. A. zu Augsp. de anno 1530. §.
Aus Keyserlicher Macht/ Vollkommenheit / und mit der
Churfürsten/ Fürsten und Ständen des Reichs gemeinem
zeitlichem Rath und Willen. Nec minus Reservata Cæ-
sareæ Majestatis nomen suum retinent, etiamsi Impera-
tor unum alterumve cum consensu Electorum exerceat,
vid. R. A. d. anno 1576. §. 117. ibi. Zu unserer Keyserlichen
besondern Hoheit und Reservaten.

IV.

Cæterum *Assistentia* illa Electorum variè exprimi-
 tur: aliquando, ut in *art. 34. Cap. Leopold.*, imò plerum-
 que, dicitur *Einwilligung und Consens*: ut idem videli-
 cet Electores, quod Imperator, sentiant. In *Cap. Ferd.*
IV. art. 30. ejus locò habetur tantum *Vorwissen / seu præ-*
scien-

scientia. Alibi *consilium* item *auxilium* & *assistencia*: Ut in
art. 9. cap. Ferd. III. Rath / Hülf und Beystand der sechs
Churfürsten. Uti verò *Electores nudos tantum esse*
Consiliarios nemo dixerit, siquidem Imperator vi Capitu-
lationum, in certis Imperii negotiis, Eorum non modò
consilium requirere; sed & si aliter Imperio non expe-
diat, idem sequi obstringitur: ità nec *Majestaticum* esse,
omninò verius est; Aliquando autem Consensus Electo-
rum duntaxat est *honorarius*: cujus rei exemplum præ-
cæteris in Resignatione Imperii, *Capit. Ferdinand. I. pro-*
cem. extat, ibi: Mit der Churfürsten Genehmhaltung /
Rath / Gutdüncken / Consens und Bewilligung / uns
mit der Regierung / beladen: junct. R. A. d. ann. 1559. pr.
ibi: Mit Vorwissen des H. Römischen Reichs Churfür-
sten / verlassen / resignirt und über geben: Quem quidem
consensum honorarium, vel præscitum potius Electo-
rum, nihilominus suò modò necessitatis esse, ex citato
proæmio constare potest; ibi: Auch zu diesem effect von
dem Eid zuerlassen &c. Quamquam enim consensus ejus,
quem à juramento libero, non sit necessarius: cum & in-
vito gratiam juris jurandi facere possim; tamen ut ob-
strictus, quòd ipsum liberum esse velim, præsciat; omni-
nò necessarium est. In aliis, ubi Imperator pactò, ut E-
lectorum consensum requirat, non tenetur: nihilominus
sententiam Eorundem sæpius exposcere solet; quâ ra-
tione *Limnæus ad A. B. tit. 30. §. 1. Observ. 7.* Imperatorem
consilia Eorundem audire & perpendere posse tradit;
Imò putaverim eadem quoque sequi debere Cæsarem,
si ex usu Reipubl. illud futurum sit. Nam ita non minùs
directivus appellari potest: (licèt etiam hoc suò modò,
videlicet ne is unquam *decretorius* fiat:) atque in negotiis,
quibus consensum Electorum, ex necessitate Capitulati-
onis

B

tionis

tionis & Constitutionum Imperii, Imperator adhibere obstrictus est. De quâ consensus Electorii naturâ ex intrâ dicendis accuratius constabit.

V.

Jam etiam **Quinam ELECTORUM** nomine, hâc quidem tractatione, veniant, experiamur. Equidem in Capitulationibus, & cæteris Imperii Legibus, ante Pacificationem Osnabrugensem, mentionem fieri constat *sex tantum Electorum*: ut per hoc ipsum *Rex Bohemia* exclusus esse censeatur. Quamvis enim A. B. de Electoribus indistinctè loquatur, atque tunc temporis *ad Conventus Electorales Bohemum* accessisse vix dubitandum sit, *cap. 12. A. B. Reinking. d. R. S. & E. lib. 1. class. 4. cap. 3. n. 30.* Tamen consuetudine & observantiâ Conventibus hodiernis non interest: non quidem quasi annuis Conventibus in A. B. præceptis interesse debuerit, & postquam illi cesserunt, *ad liberos* conventus non amplius vocetur, spontè tamen veniens admittendus sit; quasi videlicet ex Privilegio integrum ei habeatur, num conventibus ejusmodi interesse velit, nec ne: quod *Schützius opinatur. vol. 1. Disp. Jur. Publ. 7. tb. 20. lit. g.* Sed quòd à longissimis temporibus ad eos non comparuerit: & imò hòc nostro seculò ne quidem admittere in Conventu Noribergensi, *Anno 1612.* Electores *Cardinalem Clafelium*, Bohemiæ Legatum voluerint; praxin & contrariam observantiam textui A. B. præferentes: *vid. Arum. c. 2. n. 31. d. Comitibus & Carpz. c. 5. d. Leg. Reg. sect. 8. & 9.* Ut minùs rectè *Reinking. d. l.* quòd Bohemiæ Rex adhuc dum ad particulares conventus vocari debeat. Sanè cum oneribus Imperii Rex Bohemiæ se subduceret, etiam ad conventus de Imperii negotiis, unicâ electione Cæsaris exceptâ, (ad quam eum vocari ex conventionem pænali necessarium est.) vocari desit: eaque

eaque intermissio, nullâ ab eo protestatione interpositâ,
in consuetudinem abiit: Nec Bohemus, cum Frid. III.
tempore, Anno 1486 in Comitibus Electoralibus Maximilia-
nus I. eligeretur, de eo, quod non ad Comitibus Electoralia
vocatus esset, conquestus est; sed tantum quod non ad
Electionem: *apud Goldast. part. 2. der Reichs Sagungen/
p. 178. Facit eò die Verein der Churfürsten / zu Franckfurth.
de anno 1458. item der Sechs Churfürsten Brüderl. Ei-
nung. de an. 1521 tum & textus in Gravaminibus à Ferd. I.
Car. V. Fratri in Comitibus August. an. 1548. exhibitis. Ob-
num gleichwohl die Königliche Majest. / als König zu Böh-
men / eßliche Lande un Herrschafften der Teutschen Sprach
und Zungen vom Heil. Reich zu Lehn erkennen: So haben
doch derselben Lande und Herrschafften vom Röm. Reich
weder Schutz noch Schirm / Fried noch Recht; sondern
sind von dem Röm. Reich Teutscher nation von alters her
abgesondert / und demselben nicht incorporiret. *add. Limn.
lib. 3. jur. publ. c. 8. n. 28. & Rümelin. in part. 1. ad A. B. Disput.
8. th. 6. Hinc etiam licet Bohemiæ Rex Electioni Regis Ro-
mani etiamnum interveniat; (neque enim, ut ex Relatio-
nibus & Protocollis anteriorum Electionum videre est,
traditio *Limn. enucl. lib. 2. c. 7. recipi potest, quod videlicet
hodie Bohemiæ Rex, obrationes politicas, electioni am-
plius non interfit: & in nuperâ electione Leopoldinâ, quod
Invictissimus Imperator Leopoldus, ut Rex Bohemiæ, in
conclavi non comparuerit, causa in Actis Publ. hæc præbe-
tur: d. 26. Martii an. 1658. War die erste conferenz des Chur-
fürstl. Collegii zu Franckfurth: Der König zu Ungarn
und Böhmen mochte nicht dabey seyn / Ihm fehlten am
Achtzehenden Jahr noch eßliche Monat und wenig Ta-
ge.) Nihilominus tamen, si ante congressum solennem
Electorum, studia eorundem in se Bohemo pateant, me-***

ritō conventibus, qui tunc potissimum Capitulationis concipiendæ gratiâ ineuntur, abstinet. Quid etiam, quòd ad *Capitulationis* negotium Rex Bohemiæ non admittatur: unde cum *in modernis Comitibus* Cæsarea Majestas, tanquam Rex Bohemiæ, per Literas & Legatos, apud Collegium Electorale, de Statu & progressu *Capitulationis perpetuæ* exploraret, Capitulationis conceptæ non tantum copiam, sed etiam ad deliberationes super eâ admitti, cupiens: cum vi A.B. & observantiâ suffragiō gauderet: Hoc Responsi tulit: Capitulationem nondum perfectam; & prætereâ istud negotium ad Bohemiæ Regem non pertinere, ejusque desiderium observantiæ adversum esse. Interim Electores referendum esse Cæsari, quò in Statu esset negotium capitulationis, censuerunt: quod tamen postmodum dilatum est; Cæsareâ Majestate, quoad Artic. de eligendō, vivō Cæsare, Rege Romanorum, spontè interveniente.

VI.

Peraguntur autem ea, quæ ad Electorale Collegium deferenda sunt, pleraque per modum *Collegialis voti*, & nonnulla etiam Consensu Electorum *unanimi*: Idque Electoribus jam tum placuit, quando *anno 1521*. Fraternali Unionem Wormatiæ renovârunt: Sic. *Art. 8. & seqq.* dictæ unionis *apud Goldastum*: Wir oder unser einiger nicht endliche Antwort geben; noch einigerley Beschliessung thun: Wir thun es denn alle mit einander / oder mehrer Theil. Item: in Rathschlägen / Antwort / und Beschlüssen nicht trennen / noch von einander scheiden; sondern als ein Wesen und sämtlich bey einander halten / stehen und bleiben / und was wir alle oder der mehrer Theil unter uns für das beste im Rath ermessen und beschlossen / das zu antworten oder zu thun sey / dabey soll es bleiben. Neque tamen

men protinùs Conventus ejusmodi Collegialis, si Con-
sensu Collegiali opus sit, instituitur; Sed in illis præcipuè
causis, quæ utilitatem privatam magis quàm publicam
concernunt, ab illis quorum interest, expectandus est:
velut im Anhalten um neue Zölle/oder deren Erhöhung/
so wohl der erhöheten Prorogation, wollen wir/ait Ferd III.
Imperator *in art. 20. cap.* Diejenige /so darum ansuchen/
einer Collegial Versammlung zu gewarten erinnern/und sie
unterdessen zur Ruhe weisen. Quin autem Electores,
absqve speciali impetratione, pro Imperii salute conveni-
re possint: (cùm quidem aliàs Conventus quilibet, præ-
cipuè Magnatum, in Principatu, portenti quid alere vi-
deantur: Clapmar. *lib. 3. de Arcan. Rerum publ. c. 13. ibiq;* Mar-
tin. Schock. *p. 444.*) de eo post A. B. *junct. artic. 6. Capitul:*
Leopold. dubitandum non est: Utiqve enim *Limnaus,*
quando *ad capitul. Car. V. art. 5.* ait, hanc ipsam Imperato-
ris permissionem veram non esse, quia Electores jus il-
lud ab antiquo habuerint, illudqve sibi reservaverint: non
unò modò labitur. Videlicet Imperatorem ante A. B. jus
prohibendi habuisse, rectiùs docet Strauchius, *diff. 4. Exo-*
ter. Controv. Illustr. aph. 16. præeunte Arumæo *d. Comitibus c.*
2. n. 29. Atq; Imperatorem, si conventibus illis interesse cu-
piat, Electores *admittere* tenentur; nisi quòd in causis, ubi
votorum libertas præsentia Cæsaris impediretur, Ipse de
eo admonitus, lubens Congressu abstinere soleat; Aliàs
autem Imperator spontè nonnunquam Conventus ejus-
modi instituere solet: quo pertinent literæ Patentes Impe-
ratoriæ *de dato 9. Novemb. anno 1630.* Wie es wegen des
Kriegswesens gehalten werden soll. *ibi:* Wir zu gegen-
wärtigem Churfürstlichen Collegial Convent, für uns /
als das Haupt/ die gesamppte Churfürsten anhero beruffen/
damit wir mit getreuem Rath u. Hülfß der selben *ic.* The-

atr. Europ. *Part. 2. p. 198.* Cæterum in quibus negotiis consensus Electorum collegialis, aut separatim; per literas, & vel has tantum, vel unam etiam per Legatos, requisitus; item quando unanimis desideretur, aut majoris etiam partis consensus sufficiat, ex jam dicendis planum fiet.

VII.

Eqvidem *Jo. Limnaus*, qui magnò studio id passim agit, ut quæ Electoribus, svadente summâ ratione, ad eò citius & securius expedienda Imperii negotia, per Leges Imperii tributa sunt, ad Principes etiam cæteros, quâcunque ratione, pertrahat, in *Observ. 4. ad cap. 3. §. 2. A. B.* eum in modum distinguit: ut de rebus, quæ solos Electores concernunt, Imperator de Ipsorum consiliò, non adhibitis Imperii Statibus, Leges ferre possit, quod ipsum ex *dict. §. 2.* colligi putat. Ad illas verò Leges, quæ totum Imperium ejusque Statûs respiciunt, Consilium Electorum non sufficere, sed commune omnium Statuum requiri, opinatur: Quapropter admiratione dignum esse, ait, quòd hoc ipsum *cap. 16. A. B. §. 1.* observatum non fuerit. Cui tamen doctrinæ suæ ipse *Limnaus* non fudit, dum eam ad Regulam quandam redigit, quæ exceptionibus suis non careat. Quanquam verò certum fit, Principes Statusque cæteros facilius admittere, ut Electores in causis, singulos Statûs vel saltim ipsos Electores concernentibus, consensu & consiliò suo Cæsari adsistant; isque Statibus reliquis non consultis, ut per vim Legis perpetuum valituræ, decernat: Quòd si tamen Capitulationibus ea ab Electoribus inferi voluere, quæ universum Imperium, vel plerosque saltim ex cæteris Statibus concernerent, aut unius etiam alteriusve præjudicio cedere possent; per Monita Collegio Electorali porrecta impensè, licet in plerisque sine fructu, reluctati sunt: ceu quidem, si Ele-

si Electores ad jura unius alteriusve Status infirmanda, quid audent, vel etiam ab imperatore cum Electoribus id agi vellent, ut non prout res incideret, verum ex destinato & per formam Legislationis perpetuæ Imperator, tale quid, recenti instituto, edicere præsumeret, cui Status quoque cæteri obtemperare deberent: hosce ausibus ejusmodi obviam ire posse, nemo dubitet.

VIII.

Alias ex Historiâ Conventuum Electoralium constat, quod in illis etiam ea Negotia, quæ Imperium universum attingunt, & in quibus alias *Comitialis deliberatio* instituitur, suscepta, & non quidem ad effectum ordinatæ Legislationis; Sed tamen, quoad illa Prudentiæ Consultativæ subjiciuntur, tractata fuerint. Talia sunt negotia, *Belli, Pacificationis*; item *Justitiæ*, & alia: quorum pleraque tunc etiam finem Executionis Imperatoriæ sortita sunt, si quando Copia Comitiorum haberi non potuit, & Utilitas Imperii celerem expeditionem flagitavit: ceu videri potest ex *Actis Conventus Electoralis habiti Francofurti, anno 1486 sub Frid. III, apud Lehman, lib. 7. c. 116. & seq. Bacharachi, d. ann. 1598. apud Lundorp. Tom. 1. Act. publ. lib. 1. pag. 112. seqq. Fuldæ. d. an. 1608. apud Eundem, c. 7. n. 9. Noribergæ, de anno 1611. Müllhusæ, 1620. Theatr. Europ. Part. 1. fol. 338. seqq. & Ibidem, anno 1627. cit. Part. 1. Theatr. Europ. p. 113. seqq. tum & Ratisbonæ, an. 1623. apud Lundorp. Tom. 2. lib. 6. c. 182. 182. 185. 193. & in Theatr. Europ. Part. 1. pag. 806. seqq. iterumq; Ratisbonæ, an. 1630. apud Lundorp. Tom. 4. Lib. 1. c. 17. junctô Forstnerô in Epistolis de Negotio Pacif. Osna-brug. p. 149. & Ibidem an. 1636. ap. dict. Lundorp. lib. 3. c. 89. Deniq; Noribergæ, an. 1640. dict. Tom. Lib. 4. c. 3. Videas etiam, si vel plena res periculô, vel onerosa sit, declinare eam Electores solere, & ad omnes Status spontè eam re-*

jice-

dicere: quod factum est à Legatis Serenissimi Elect. Saxon.
an. 1606. in Conventu Fuldensi: Wie dem Ungarischen
Wesen in Niederland/und Justis zu helfen/ gehöre nicht
vor die Churfürste alleine/sonderu vor das ganze Reich/2c.
Auch erachteten Sie/das die Churfürsten in diesem Pun-
cten sich wohl vor zusehen/weil es andere auch betreffe. vid.
Lundorp. Tom. 2. lib. 2. p. 536. n. 39. Et in Conventu Ratisbo-
nenfi d. an. 1630, cum Imperator Electorum consilia pete-
ret; Wie denen Staden mit Kriegsmacht zubegegnen: U-
niversi Electores Cæsareæ Majestati responderunt; das sie
darüber für sich/absonderlich und ungehört ihre Mitstän-
de/ Sich nichts beständiges zu erklären: Dann weil ihre
Majest. hierzu aller Stände Hülffe und Beystand von
nöhten/so müsten dieselbe auch billich darüber gehört wer-
den. Confer omnino de eo, quod Praga in Conventu Ele-
ctorum circa negotium quoddam accidit, in quo non tam
necessarium, quam consultum esse putarunt Electores,
die Sache auff einen Reichstag zuweisen/Relationem Thea-
tri Europ. ad ann. 1622. p. 2189. seqq.

IX.

Uti verò Imperator in allen des Reichs Sicherheit
concernirenden Sachen universonum Electorum con-
sensum, der Sieben Churfürsten sämptliche Einwilligung
zu fordern zurequiriren/ per Capitulationem obstringitur:
vid. Art. 10. Capitul. Leopold. Ita etiam in aliis gravioris
momenti negotiis, in wichtigen Sachen/ (ut Art. 39. dictæ
Capitulationis habetur:.) Consilio Electorum, & quidem
ab initiò, bald Anfangs; quin & pro re nata, ipsorum Sta-
tuum consilio, usus est: & vel Aulici ac Cameralis Ju-
dicij Assessorum sententias desuper requirere potest: per
Art. 8. §. 5. Instrum. Pacis. Et quidem præcipue quoad CAU-
SAS PRIORES observandum est, quod tunc quidem Electo-
res

res unicè requirat Cæſar, ſi publica ſalus & utilitas celerem expeditionem efflagitent, und man ſo bald zu einem Reichstage nicht gelangen könnte: ſecus hæc ipſa *ad omnes utiq; Status*, tanquam negotia *Comitialia*, referenda forent. Deinde non tantum ſuper illis negotiis Cæſar cum Electoribus deliberat, verum etiam *decidit*: nec metuendum eſt, per hoc cauſas omnes magni momenti unicè ad Collegium Electorale devolvi. Num autem *Cæſaris arbitrio* commiſſum ſit, ut definiat: quænam cauſæ illæ ſint? dubium videri poteſt. Utiq; etiam ad hoc intentionem fundatam habet; religione jurisjurandi, quæ ſaluti Imperii omnimodò proſpecturum ſe obligat, innixus. Et quandoquidem ambiguum eſſe poterat; an etiam in prædictis cauſis, quæ videlicet regulariter ad Status omnes pertinent, conſilium & conſenſum Electorum *eodem modo* Cæſar requirere debeat, uti requirit illum in fœderibus; nempe durch eine Collegial Zuſammenkunft. Ideò quamvis illud ex *Art. 10. Capitul. Leopold. verbis: ſämtliche Einwilligung*: colligi nequeat, cum nec voces illæ de modò loquantur; quin potiùs omnes requiſiſſe, & plurimum ſuffragiis, ſufficere videatur: quippe quòd rectè imputetur univerſo collegio, quod à majori ejus parte concluſum eſt. Tamen nihilominùs ex reliquo dicti Articuli Contextu, & naturâ ſurrogationis in locum deliberationis *Comitalis*, illud meritò aſſeritur.

X.

Cauſas deniq; *POSTERIORIS GENERIS*, quæ videlicet ad Status referendæ non ſunt, aliquando ad Electores deſert Cæſar; ob circumſtantias, quæ graves illas & difficiles reddunt: de quo quidem *judicium* extrà controverſiam ſolius eſt Cæſaris. *vid. Lundorp. Tom. 1. Actor. publ. lib. 6. c. 330. p. 383. §. Wie wohl auch zwar.* Hinc non tantum in *cognitione de Feudis Majoribus*, (quæ quidem ad Imperatorem ſolum pertinet: *R. A. d. anno 1521. §. und behalten uns bevor. & O. Cam. Part. 2. Tit. 7.*

C

Electo-

Electores assumit; Sed etiam in magni momenti *Privilegiis*:
præter ea, in quibus expresse consensus Electorum requi-
ritur: (velut in Vectigalibus concedendis. *art. 23. capit. Mat-*
thiæ;) Licet autem Limnæus *in comment. ad dict. art. 23.* in illis
etiam Statûs à Cæsare adhibendos esse velit: Tamen hoc ut
nullâ lege probatur; ita tanquam indefinitum & cerebri-
num merito rejicitur. Pertinet huc, quod Imperator *in artic.*
30. Capit. promittat, Literas novæ investituræ, *neue Behnbriefe*
und Expectangen/invalidas esse debere, nisi cum præscitu
Electorum expediantur: cum similibus. Equidem si *Art.*
39. capit. Leopold. intueamur, posset videri Imperatorem in
negotiis magni momenti non posse Electorum consensû
sepositô quicquam perficere. Sunt enim hæc *dicti Articuli*
formalia: Wir sollen und wollen auch in wichtigen Sachen/
so das Reich betreffen und von hohem præjudiz und weitem
Aussehen seind / bald Anfangs der Churfürsten / auch nach
Gelegenheit der Sachen / Fürsten und Stände / Rathbeden-
ckens Uns gebrauchen / und ohne dieselbe hierinn nichts vor-
nehmen. Sed præterquam quod ibidem ex voce Rathbe-
dencken non nisi *Consilium* propriè dictum requiri pateat. U-
tiq; ea negotia, quæ aliàs extra Comitata peragenda sunt, tanti
possunt esse momenti, ut totius Imperii salus & tranquillitas
inde pendeat: de quibus igitur, pro diversis circumstantiis,
penes Imperatorem erit, arbitrari, an solos tantum Electro-
res; & an omnes, an solùm aliquos, item an præter hos
etiam nonnullos ex Principum Collegio desuper consulere
velit: idque ex generali illa obligatione, quâ Imperii saluti
prospicere tenetur; utcunqve negotium tale in specie non
sit, in quo ad requirendum Electorum consensum Impera-
tor se expressis verbis obligaverit. Quapropter in Instr. Pac.
Art. V. num. XX. §. 54. Liberum suæ Majestati esse dicitur, in causis
majoribus. Unde tumultûs in Imperiô timeri possent, insuper etiã
quorundam utriusque Religionis Electorum & Principum senten-
tias & vota requirere.

XI. Quid

XI.

Quid tamen si in negotiis illis, ubi consensus Electorum *Lege* requiritur, (sive in eâ exprimantur negotia, sive etiam generalitate verborû indicentur, ut de natura negotiorum necessarij consensu Electorû censerî possit,) Imperator *non* quidem *ab initio*, dum fortè periculum in morâ versabatur, sed *postea* consensum illum obtinuerit: an ea rati habitio vigorem negotio conciliabit? Sanè aliàs, ubi consensum *præcedere* de formâ requiritur: ibi quidem rati habitio locum illius subire non potest. *vid. Surdû Decis. 159. Franzk. Exerc. 2. quest. 5.* At verò ut consensus Electorum præcedat, *dict. art. 39. Capitul. Leopold. ibi: bald Anfangs*: non cum eâ determinatione exigitur, ut si postea, quamprimùm fieri potest, exquiratur, negotium propterea nullum sit: neque verò rati habitio (cum primis quòd per illam Electores omnia, quasi festinanter ea à Cæsare peragi oportuerit, denuò comprobent:) alicubi exclusâ esse reperitur. Quid quòd nunquam non necessitas eò casu à Cæsaribus obtendatur: ceu *in Instrum. Pac. Pragensis* contigisse videmus: ibi: *Ist sich demnach verwahret / und wird nochmahls hiemit klarlich bedungen / daß der dißmahls aus unumgänglicher Noth gebrauchte modus dem H. Römischen Reich / und dessen sampt oder sonderlichen Gliedern sonst zu ewigen Tagen keine præjudicirliche Consequenz oder beschwerlichen Eingang bringen / oder von iemand vor ein Exempel angezogen werden solle. Quamquam prætextum necessitatis non tantùm Electores, sed cæteri etiam Status ægrè ferant: quò pertinet Querela Electorum in Conventu Ratisbon. de anno 1630. ibi. Es lasse sich das / was verhandelt / mit einiger Necessität / oder anderer Ursach / nicht behaupten; Sondern bleibe bey einem so wohl als anderm / bey klarer unbedingter Disposition Königlicher Capitulation, des H. Römischen Reichs Recht ic. Quod quidem extra dubium de Necessitate non vera & inevitabili; sed fictâ*

& prætensâ intelligendum, & Cæsaris conscientia multa
hîc committenda sunt: utcunqve vinculum jurisjurandi in-
sufficiens penè habitum fuerit, ad hoc, ut Juribus Statuum
& Imperii prospiceretur; in Consultationibus Palatini se-
cretioribus, super Electione Ferdin. III. *apud Lundorp. lib. 2.*
Tom. 2. Act. Publ. p. 620. ad art. 18. Capitul. ibi: das ganze Werck
wäre/was vor ein Vinculum zu finden / daß alles gehalten
würde.

XII.

Cùm verò negotia Imperii partim in Comitibus partim
verò extrâ ea, à Cæsare suscipienda sint. Ideò *de Instituen-*
dis Comitibus deliberatio cum Electoribus suscipi debet.
Licet enim antehac reliquorum etiam Statuum consensus
ad hoc requisitus fuerit, *R. A. d. ann. 1500. pr. Erklärung des*
Landfriedens / d. eodem ann. & R. A. zu Speier. d. ann. 1526.
Tamen eo Tempore in ipsis Comitibus, ubi præsentés erant
Statûs, de Comitibus aliis cogitabatur. Aliàs omninò *Electo-*
rum placitum sufficit: Derselben Rath und Beliebung: Ut
habet *R. A. de ann. 1576. §. 4. Gutachten und Rath. R. A. d. an.*
1582. §. derohalben. Vorwissen und Bewilligung. R. A. d.
1594. §. Wann aber dieses. R. A. d. ann. 1633. §. hierum und die-
weil. v. Art. 12. Cap. Car. Unde in novissimo Recessu d. ann.
1654. §. 192. hâc Cautelâ Imperator usus est: Auf nechst künff-
tigen Reichstag ausgestellt / welchen wir mit der Stände
Belieben vor diesmal / doch ohne Nachtheil und Abbruch der
samptlichen Churfürsten hergebrachten Rechtens ic. Ut fru-
strâ, quando hoc cœperit, Sprengerus hæreat, atqve Statuum
consensui tacito ascribat: Lib. 1. Jur. Publ. c. 23. p. 99. Sanè hos
ipso per EE. repræsentari putat Carpzovius; c. 5. d. Leg. Reg.
sect. 2. licet primis temporibus in arbitrio Cæsaris fuisse opi-
netur, aut Status omnes, aut Electores, de indicendis Comi-
tibus requirere; donec Status multitudine Comitiorum quâ
Maximilianus I. Eos fatigaverat, pertæsi, (vide Querelas Eo-
rum ap. Goldast, in Reichs Handlungen / p. 85. de ann. 1509.)

CON-

consultum censuerint, ut nulla Comititia Cæsar indiceret, nisi consensu Electorum præhabitô: idq; per cit. Art. 12. Capit. Carol. V. vid. Carpz. d. c. 5. de Leg. Reg. Sect. 1. n. 17. & seq. Quod ipsum quidem Imperatoriæ Majestati non præjudicare cum aliis Arumæus quoque docuit. c. 2. de Comititiis. n. 20. Videas tamen in Capitulationibus hõc modõ rem exprimi: In zugelassenen / nothdürfftigen / unverzüglichen und unvermeidlichen Fällen / die Reichs-Tage / ohne Wissen und Willen der Sechs Churfürsten / nicht ansetzen noch ausschreiben. dict. art. & art. 13. Capitul. Ferd. III. Quanquã de raritate Comitiorum non minus, præter Electores, Statûs Imperii reliqui aliquando conquesti fuerint. Præ cæteris eminent gravamen Circuli Infer. Saxon: Man erinnere sich / daß vor jüngstem Reichstag de anno 1641. inger aumer Zeit kein Reichs = sondern nur Collegial = Tage gehalten / und dergestalt das Moderamen Imperii fast für die Keyserliche Majest. und das Churfürstl. Collegium allein gezogen worden / welches billich zu ändern / und wie auch zu Öhnbrück albereit im Vorschlag gewesen / dahin einzurichten / daß in gewisser Zeit / als etwan alle drey Jahr / oder wann ein oder mehr Crantz darum anhalten / ein Reichstag sol ausgeschrieben und gehalten werden. Sed vide Inst. Pac. Art. 8. §. 3. ibi: quoties id publica utilitas & necessitas efflagitaverit. Cæterum non tantum ratione Temporis, sed & definiti Loci cum Electoribus Cæsar deliberat: art. 17. Capitul. Leopod. R. A. d. anno 1545. §. dem allem nach. R. A. d. anno 1582. junct. Arum d. c. 5. d. Comititiis n. 27. Cum antea Capitulationes ac Recessus nil aliud exigent, quam ne extra Germaniæ fines Comititia haberentur, & aliquando, pro ratione ejo temporis, in R. A. d. an. 1521. §. Un soll obgemeldt. Daß die Wahlstatt nicht über Augspurg oder unter Eölln fürgenommen würde. Nec duntaxat ad Comititia instituenda; verum etiam transferenda: consensum Electorum postulat Imper., item ut reassumi possint: Quo pertinet Responsum Rudolphi II.

ad Electorales Noribergæ congregatos Legatos, d. dat. Prag. d. 23. Novemb. 1611. Sondern entweder zu Ausschreibung eines neuen Reichs-Tages deren Consens, dem Herkommen nach/erlangt/ oder da Sie die Churfürsten es für gut ansehen würden / der jungst verschobene wieder reassumirt werden müste. *x.* Nec sufficit, si consensus Electorum tantum *per Literas* requiratur; sed etiam *per Abligatos* negotium hoc tractandum est: nempe ut vel ipse Elector argumentis Legati se patiatu[r] vinci, vel de causis dissensûs Legatum pleniùs instruat. Id quod primùm in *Art. 13. Capit. Ferd. III.* (ibi: durch sonderbare Schickung dazu eingeholet:) Capitulationibus insertum esse legitur: & exhinc in Recessu Imperii *d. anno 1641. in pr.* habetur: Daß zu Ausschreibung eines allgemeinen Reichs-Tages des Heil. Reichs Churfürsten /und ein ieder derselben absonderlich / vorher / dem alten Herkommen / und Weiland Keyser Carol des Vierten Sül denen Bull nach / (in quâ quidem nil tale, nisi per consequentiam, utut non evidentem, quis reperiat,) um seinen special Consens, Schriftlich und durch Schickung ersucht werden soll. Utiq[ue] non modò in *anterioribus Capitulationibus*, sed nec in *Actis Imperii* aliquod de eo exstat vestigium. Interea cùm in *dict. Art. 13.* dicatur: Ehe und zuvor der Sechs Churfürsten Consens darzu eingeholet: Ideò non nulli *precedaneum* consensum adeò de necessitate indicendorum Comitiorum esse statuunt, ut Comitia eò neglectò indicta, non tantùm nulla sed nec per ratihabitionem insequentem convalescere velint: *ita Rümelinus II. Disput. 3. ad A. B. th. 6.* Cui quidem quoad posterius, & quòd per ratihabitionem nullitas reparari neq[ue]at, ob argumentum eorum, quæ superiùs dicta sunt, accedere nolim. Aliquando etiam necessitatem requisitionis EE. Imperatori remittunt: ceu in an. 1641. ubi in R. A. mit Wissen und Willen ermeldter Unser und des H. Reichs Churfürsten / ihre absonderliche Ersuchung unterlassen.

lassen. Quid verò si ad indicenda Comititia *Major Electorum* pars consentiat: an Imperator, non attentò reliquorum dis-
sensu, Comititia nihilominùs indicere poterit? Afferit Aru-
mæus, *cap. 3. num. 35. seqq.* Id quod usus Imperii observat:
Carpzov. *c. 5. d. Leg. Reg. Sect. 3.* Non obstante *Unione Electorum*;
in *S. item sollen und wollen / in fin.* nec quòd res ea ad singu-
los pertinere censeatur. *vid. l. II. ff. d. Servit. præd. rust. l. 29. de*
Regul. juris. l. 8. ff. de aquâ & aquæ pluvie arc. act. cum simil. Schüt-
zius *Disput. 7. vol. I. Colleg. publ. tb. 20. lit. n.* Quandoquidem ve-
rò Electorum consensus & consilium, prout in Conventu
Comitiali ipso, nec minùs in Conventibus Deputatorum,
(de quibus præ ceteris *vid. Textor. in Disputat. 1. ad Recessum*
Imperii de anno. 1654. tb. 7. seqq.) interponitur, Electoribus
cum Statibus reliquis, (utut peculiari Collegiò utrobiqve
fruantur, communis est: Idcirco de Judicis Imperii, quâ
ratione in iisdem Electorib9 peculiare quid debeatur, vide-
bimus.

XIII.

Nam & *Limneus*, dùm non solùm in *Lib. 2. J. P. c. 9.* ve-
rùm & *in notis ad Capit. Carol. V. art. 4. n. 7. & Capit. Ferd. III.*
p. 721. n. 15. seqq. potissimùm verò in *Tom. Poster. Addit. ad d. Lib.*
2. J. P. p. 91. pro decantato illo PRINCIPUM JURE, das Fürsten-
Recht pugnat; inter alia hoc argumentò utitur: Quòd Im-
perator in causis gravioribus Electores minimùm in confi-
lium adhibere teneatur. Enimverò uti Judicium illud pe-
culiare, quicquid Alii doceant, totum quantum commenti-
tium, nec in ullo vel scripto jure, vel observantiâ, fundatum
est; quin potius in *O. Cam. P. 2. T. 7.* ipsisqve *Capitulationibus*
Imperatoris, *v. Art. 28, Capit. Leopold. & Instrum. Pac. Art.*
4. §. 57. Soli Cæsari cognitio de causis ejusmodi Majoribus
reservata, & multis firmata præjudiciis, per Acta non minùs
Vetera, quàm recentiora, reperitur. Ita omninò negandum
non est, si causa quæpiam absqve notabili motu Imperii de-
cidi non possit, quòd Cæsarea Majestas utiqve, ex generali
nor-

norma in Capitul. definitâ, Electores in Consilium, & imò
etiam aliorum Principum sententias, adhibere debeat: *Art.*
39. 5. Artic. 3. Capitul. Leopold. De quo tamen num talis
causa sit? & quot ac quosnam Electorem vel Statuum cæ-
terorum requirere velit: pro ratione causæ imperator ipse
judicabit. *v. Art. 5. §. 54. Instrum. Pac. Interea generales illi &*
de rebus arduis indefinitè loquentes Capitulationum Articuli
ad hoc per se non sufficiunt, ut Imperator præcisè Electro-
rum Consilium arcessere teneatur: quanquam de causis illis,
quæ ad *Comitiam deliberationem*, vel *Electorum saltim prævi-*
am consultationem, pertinent, atque maximam partem in Ca-
pitulationibus *disertè* exprimuntur, promissio illa Cæsarea
cum primis accipi debeat. Etenim reliquas causas *Imperii ob-*
servantia & Religio Cæsaris moderantur: ut tamen non ubi-
que pro juris *necessitate* concludendum sit, si quando prisca
monumenta *Consilii Ordinum* mentionem injiciunt. Cæte-
rùm *Reservata* non infimæ dignationis & ponderis reperi-
untur, quæ tamen Imperator solus expedit: Sic enim Prin-
cipem Imperii facit; licet non faciat Statum, absque Ordi-
num Consilio. Nam quoad Privilegium Statûs potest cæ-
teris præjudicium fieri, unde etiam in Capitulationibus
huic rei modus præfinitus est. Ut verò in Principem vel Co-
mitem quis evehatur, non tam Imperii, quam ipsius im-
petrantis commodum, & utilitatem concernit: quâ ratio-
ne si nemo alius damnura sentiat, Imperatorem, (licet res
magni momenti sit,) in eâ liberè versari posse, dicendum est:
Indeque etiam privilegia Principum huic tali, citrà consen-
sum Electorû, advenient; puta Jus Austregarum & similia.
Non minùs quoque Privilegia de non appellando, Veniæ
ætatis, & ejus census alia, Imperator citrà requisitionem,
Electorum Statuumve impertire poterit. Sed ut immunita-
tem à Tributis alicui conferat, non nisi Statuum suffragiis
perficitur: velut nec reliqua negotia, quæ Rempubl. aut Co-
mitiales curas respiciunt.

XIV.

XIV.

Utiq̄ve si de *Statu* aliquo Imperii ob *delictum* in BAN-
 NUM *declarando* agitur, (non etiam si de quolibet Imperii
 Cive aliô,) Electorum consensus â Cæsare requirendus fu-
 erat: idq̄ue *per art. 30. Capitul. Ferd. III.* Daß hinführo nie-
 mand hoch und niederen Standes/Churfürst / Fürst / oder
 anderer/ohne Ursach/ auch ungehört / und ohne Vorwissen/
 Rath und Einwilligung des Heil. Reichs Churfürsten /
 (etiam si in facto notorio & perseverante,) in die Acht er-
 klährt werde: Nam quod de Personis niedern Standes di-
 citur, eò pertinet, ut nemo, quicumque etiam fuerit, inau-
 ditâ causâ proscribi debeat: indeq̄ve necessitas consensus
 Electoralis solummodò intuitu Statuum requiritur; ne Co-
 mitia ob hominis privati bannum deliberare oporteat: Quò
 sensu Articulum Capit. Statûs reliqui, in Monitis suis, ac-
 ceperunt. Quamvis autem ad proscriptionem Statûs uni-
 us aut alterius, admitti quoque cæteri Statûs præter Electo-
 res, superiori tempore voluerint; atque hoc ipsum proba-
 verint Legati Electorales *in Conventu Ratisbonensi. anno 1623.*
apud Lundorp. Tom. 2. Act. Publ. Lib. 6. p. 1161. Es haben die vo-
 rigen Keyser so behutsam gegangen / daß sie nicht allein die
 Chur- und Fürsten / sondern auch das ganze Reich hierü-
 ber zu Rath gezogen/und darauß die Acht und derselben ex-
 ecution angeordnet: Quod non minùs etiam Limneus ur-
 get, *ad d. Capit. Ferd. III. p. 719. seqq. dum Art. 30. ejusdem Capi-
 tul. de Casu extraordinario, & quando periculum in mo-
 râ est; item quando de Electore proscribendo, adeoque
 eximendo, ex Collegio Electorali, agendum esset, inter-
 pretatur. Lege tamen publicâ ad Statûs cæteros negotium
 hoc nullibi eâ necessitate, ut consensum illum necessariò re-
 quiri oportuerit, productum est: (v. R. A. d. anno 1567. §. wie
 auch darauß. item art. 22. Capitul. Carol. V.) ne quidem in
 Capitulationibus recentioribus; Siquidem nec Electorum con-*

D

sen-

sensus antè, quàm in Capitul. Ferd. III. art. 30. (cui in Capit. Leopold. adjectum est, und ohne deren erfolgten Rath und ausdrückliche Einwilligung damit nicht verfahren:) requisitus fuit. Haud quaquam obstante art. 26. Capit. Matthia. in seq. Capit. repetitô: ut hæc causa, unter die wichtige Sachen / so von hohen præjudiz und weitem Aussehen seind / referri debeat. Ex se enim *Proscriptio*, quippe quæ Camerae Imperiali non minis concredita est, (si modò legitima causæ cognitio secundum Leges & Constitutiones Imperii suscepta fuerit,) ad negotia illa ardua non pertinet: ceu nec aliæ quælibet causæ, licet magni momenti, quæ certam suam normam ex Jure Publico præstitutam habent; Videlicet hæ tantum arduæ causæ habendæ sunt, quæ non solum in ipsa actione & eventu, sed simul etiam expeditu, & in ipso agendi modo, difficiles sunt & ambiguæ; Juxta *Imperatoriam expositionem Ferdinandi II. in Responso Legatis Danie Regis, anno 1621. Vienna præbito, ap. Lundorp. Tom. 1. Act. Publ. Lib. 6. c. 36.* Wichtige Sachen / welche nicht allein bis zu ihrem Zweck wichtig; sondern welche auch einen wichtigen zweiffelhaftigen modum hätten / auff welche Weise sie expedirt und verichtet werden müssen: worinnen des H. Reichs Satzungen und Abschiede nicht selbst Verordnung thun / und Masse geben. Nec dum eâ in re per Instrum. Pacis quicquam immutatum fuit; etiam si per art. 8. Instrum. Pac. dispositum esset: *De modo, unum vel alterum Statum Imperii in bannum declarando, præter eum, qui in Constit. Imperii descriptus est, communi Statuum consensu decerni debere.* Nunc autem, in modernis Comitibus, inter argumenta *Capitulationis perpetua*, rem ita definire placuit: *ut imposteriorum Status Imperii in Comitibus, aut his etiam non exstantibus in Conventu Deputationis, pari Religionis numero, parem cognitionem & judicium suscipiant.* Ubi quidem Imperatorem Comitibus prætulisse Deputationum Conventui, (ad quem redigi à Nonnullis voluit, mirandum non est: eò

eò quòd in his non ita ut in Illis Imperatoriæ Domûsque Au-
striacæ partes, ob varios respectûs, prævaleant.

XV.

Cessant igitur ea, quæ circa Collegium Electorale hæc
in re mota sunt dubia, & potissimum: an *unanimiter* debue-
rint consentire Electores? an *Collegialiter* requiri? Quan-
quam verius videatur, quòd nec unanimis, nec Collegialis;
sed tantum *majoris partis* astipulatio necessaria fuerit. *Vid.*
Limneum ex Schützio in n. 8. d. l. p. 723. Quantum verò ad *Ju-*
dicium Camerale attinet, expedita magis est quæstio: num &
hoc *Consensum Electorum* adhibere in Banno obstrictum fue-
rit? Quam quidem quæstionem affirmavit Schützius *vol. 2.*
disp. 4. th. 17. lit. 6. Sed rectius negavit Limneus *ad d. art. 30. cap.*
Ferd. III. p. 722. Si quidem nullibi modus ille Camerae præ-
scriptus esse reperitur; *v. P. 2. C. G. D. Tit. 2.* ipsaque non
tantum Electores, sed & cæteros Imperii Statûs suò modò
repræsentat: Circa *Absolutionem à Banno* nil quicquam inno-
vatum est; Igitur quâ ratione Camera, Bannum relaxare
valeat, *apud Rhoding. lib. Pandect. Cameral. Tit. VII. §. 24.* vide-
ri potest. Et quòd *Imperator* in restituendo Bannito Electo-
rum consensum negligere non debeat, (quem quidem
Schützius *d. disp. 4. th. 17. lit. 6.* necessarium esse reputavit;)
etiamnum è re non modò Imperii sed & Imperatoris est. A-
liàs autè, quòd eadem absolvendi, quæ condemnandi ratio
fit, inferre non licet. Atque cum *in Monitis* suis Status Ca-
pitulationi hæc verba inferi vellent: *und hinwider aus der-*
selben erlediget / genommen und losgesprochen werden soll:
Electores iisdem gratiam Cæsaris coarctari nolentes, ea
potius omittenda esse censuerunt.

XVI.

Post leges & judicia, (quò non minùs referendum
est, quòd *Ordinatio Judicii Imperialis Aulici* cum Electoribus
communicanda fuerat: *Art. 44. seqq. Cap. Ferdin. III.*) de

MAGISTRATIBUS & OFFICIALIBUS disquirere liceat. Etiam si enim *Statum* Imperii, item *Electorem* quem esse, propriè non sit esse Magistratum, vel Officialem: ad eam tamen Tractationem, velut affinem, & quòd ex utroque genere prædictæ Dignitates quid participant, præsertim in Politica speciali, non incommodè ea doctrina refertur. Proinde jus cooptandi aliquem in **STATUM IMPERII** Imperator non minùs cum Electoralis, quàm illius quoque Collegii, & Scamni præscitu, exercet, cui Statu ejusmodi novus inferendus est, *artic. 44. Capitul. Leopold.* Nam *consensus* quidem Illorum Collegiorum nullibi desideratur, sed quòd solùm debeant *vorhero gnugsam gehört werden*: puta si fortè *requisitum Legale* quoddam deficeret. Unde licet in *Monitis ad Capitul. Leopold.* Status poni vellent vocem, *Einwilligung*; tamen formula, prout in *citato art. 44.* legitur, retenta fuit. De ipso verò *Electoralis Collegio*, superiori tempore, vel præcipuè disputatum est: an irrequisitis Electoribus Imperator Electorem quem facere possit? Utiqve de eò, qui nec dum in Classe Principum est, in Electorem recipiendò, nullum est dubium, quin circa talem omnium Statuum, & cum primis Electorum, consensus, adhiberi debeat. Sed si quis jam dum in Classe Statuum sit, & de eo in Electorem promovendo quærat: res altioris est indaginis. Dicam tamen, si novus planè Electoratus constitui velit, Comitiali omnium consensu opus esse: cæterum non autumo esse distinguendum, an Electoratum destinatum aliquis ex *delicto*, an ex *defectu familie* vacet; quamvis ita Schützius *vol. 1, disp. 7. tb. 17.* distinxerit. Equidem causa proscriptionis *Palatina* ubiqve ferè cum constitutione novi Electoratus & Electoris mixta fuit; Sed misceri non debuit. Hinc cum Imperator nullò pacto, & ne quidem *A. B. Tit. 7. §. ult.* specialiter ad requirendum in eò negotiò Consensum Electorum se obligaverit: Sanè non aliâ ratione, ut eum exposcat, tenebitur, quam communi illâ, quâ in

in omnibus arduis negotiis, & in quibus turbæ & collisiones in Imperio metuendæ sunt, cum Electoribus communicat; idque tantò magis, quia de Collegio ipsorum Electorum redintegrando agitur. Nam plus omninò ex *Limnei* argumentis ad *Artic. 24. Capit. Carol. V. & Aliorum*, evinci non potest; nec plus etiam Electorum quorundam monita apud Eundem ad *Capit. p. 722.* conficiunt. Adhibe Lundorp. *Tom. 2. lib. 6. Tr. 24. p. 1162.* & Caraff. in *German. sacr. restaurat. p. 144. & seqq.*

XVII.

COMMERCIA sequuntur, quæ navigatione securâ & commodâ promovenda; tum & vectigalium moderatâ ratione, & monetæ rectitudine, conservanda sunt. Ad NAVIGATIONEM pertinet cura, quam cum Electoribus suscepturum se spondet *Matthias* Imperator, *Artic. 20. Capitul.*: Als sollen und wollen wir ehest möglich auff Mittel und Wege / so wol für uns / als auch mit Rath derer Sechs Churfürsten trachten / wie man solcher Ausläger von des Reichs Boden ledig / und deren künfftig gesichert werden möge. Ubi *Limneus* quærit: cur non & reliquorum Imperii Statuum consiliò uti velit Imperator? quorum consilium antea *Rudolphus II. Imperator*, in hoc ipso negotiò, adhibuerit. *R. A. de anno 1594. §. Darauff. R. A. d. ann. 1603. §. Nichts desto weniger.* Videlicet quia ne hoc quidem necessitatis fuerat; & in ipsis fiebat Comitibus, ubi super aliis quoque negotiis, cum præsentibus Statibus cæteris, consultationes instituuntur. Deinde nec *Matthias* præcisè indigebat Electorum consensu, nisi res ad turbas aut motûs infinibus Imperii concitandos spectare videretur.

XVIII.

Cum primis autem VECTIGALIA absque Præscitu & consensu unanimi Electorum de novo non concedit Imperator: Ohne besonderen Rath / Wissen / Willen und Zulassen

sender Sechs Churfürsten: *Art. 18, Capit. Carol. V. Nec aliter vetera auget, item prorogat; vel etiam, ob paritatem rationis, de uno loco ad alium transfert.* Frider. Mindan. *lib. 2. de Process. c. 42.* Explicatè, cum additione novâ *Collegialis Consultationis;* (videlicet, ut non tantùm meliùs de re deliberetur, sed & minor, ex repulsa totius Collegii, in singulos offensa redundaret.) *Capit. Ferd. III. Art. 20.* Auch für Uns selbst keinen Zoll auffrichten/ erhöhen oder prorogiren/ ohne besondern/ und zwar Collegial = Rath/ Wissen/ Willen und Zulassen der Churfürsten. Adeo ut ne quidem Cæsar, novi quid in vectigali petentibus, einige Vertröstung an die Churfürsten/ largiri velit. *art. 9. Cap. Maximil. II.* Amplius adhuc se articulus ille exhibet in *Capitul. Leopoldina,* ut & in *Concepto Capitul perpetua:* Keinen Zoll von neuem geben/ noch einige alte erhöhen/ oder prorogiren lassen/ es seyen dann alle und iede Benachbarte und interessirte Stände darüber zur Gnüge vernommen / und dero allerseits Einwilligung erlanget/ und hernach aller und ieder Sieben Churfürsten Wissen/ Willen / Zulassen und Collegial - Rath / mit einhelligem Schluß/ also und dergestalt in diesem Stück vorgegangen/ daß keines Churfürsten Wiederrede oder Dissens dargegen; sondern alle und iede dero Collegial - Stimmen einmüthig seyen: massen wir dißfals die Majora nicht attendiren / auch ohne vorgehende unanimia zu keinem Stand bringen / und den Supplicirenden mit seinem Begehren gänzlich hinweg und abweisen wollen. Hinc si quis novum usurparet vectigal sub alio schemate, excutere illud onus & avertere à se possunt Electores quocunqve modo; Non etiam Statûs cæteri: ut hoc velit *Limneus ad art. 20. cap. Ferd. III.* Nam ut de facto resistere possint, iisdem nullibi concessum legitur; nec illud *Rudolphi I. ap. Lehmannum L. 5. Chron. Spir. c. 108.* huc trahi potest: ubi eum, qui vectigal illicitum exigit, für einen Strassenräuber habendum esse, statuit. In *Concepto*
tamen

tamen *Capit. perpetua* nunc additum reperitur: Churfürsten/Fürsten und Stände. Sanè pro *Bavaria Electore* non ita pridem, duplicationem pristini in suâ ditione vectigalis & perpetuationem, Collegium Electorale, dissentiente, quamvis Elect. Palatinô, & exclusis interessatis, Cæsareæ Majestati commendârunt: nec alia de causâ Diploma adhuc dum remansit, nisi quòd iudicium Imperiale Aulicum, ut ferunt pro taxâ 50000. Imperiales postulet. STAPULARUM deinde, aliarumque *prestationum similium*, par hactenus cum vectigalibus est ratio. *Vid. art. 21. capit. Leopold. junct. R. A. d. anno 1576. §. weiter.* Imò in *Concepto Capit. perpetua* habetur, daß hinführo gang keine Privilegia auff Stapel-Gerechtigkeit mehr ertheilet werden sollen. Et quantum ad concessa jam Privilegia attinet, nonnulli ex principibus Secularibus, quin & ex ipsis Electoribus, in *Modernis Comitibus*, eò restringi postularunt id Privilegii genus, ut ne ultrâ Territorii limites, nec in præjudicium vicinorum, ejus extensio fieret. Quoniam verò Privilegiati repugnarunt, asylum in generalitate Concessionis & Observantiâ quærentes: hinc medelam ad tempus aliud remittendam esse placuit.

XIX.

Eqvidem MONETANDI Privilegia Imperatores antehac pro lubitu indulgebant. *vid. Münz-Ordnung / Ferd. I. §. wäre es auch Sach*; Sed in *Capit. Rudolph. II. art. 29.* disponitur, quòd Imperator non velit ohne Vorwissen des Heil. Reichs Sechs Churfürsten / jemand wes Standes oder Wesens der sey / mit Münz-Freyheiten begaben oder begnadigen. Quemadmodum nec eos, qui jure monetandi ob abusum privati sunt, *restituere* se velle, ohne Vorwissen der Sechs Churfürsten / in *art. 34. Capit. Matthias Imp.* promisit: ut ut non nisi præviô *omnium Statuum* consiliô tempore *Maximil. II.* restituerentur. *R. A. zu Speyer d. anno 1570. §. Da aber jemand*: Ubi tamen legitur, Seynd wir erbietig.
Et

Et profectò nihil interest Cæsaris, an tantùm *Electorum*, an
verò *Statuum* quoq̄ve *cæterorum* consensum, in negotio quo-
piam exigat: siquidem Majestati Imperatoriæ nec unum
nec alterum, aut hoc plus illò officit; Tantùm quòd Im-
perii interesse possit, ut res illa, quæ vel celerem expeditio-
nem, vel majorem etiam secreti custodiam desiderat, tum
& quæ exitum aliàs fortiri, ob plures factiones & respectûs
non posset, non quidem ad Status universos, (cum primis,
quando uni alterive Eorum præjudicium inde non existitu-
rum esset,) verùm unicè ad Collegium Electorale defera-
tur. Eandem quippe nunc *Majestatem* habet Cæsar, atque
habuit zu der Zeit/da der Churfürsten (*adde in aliis, der Für-*
sten und Stände;) Consens & per pacta Capitulationes noch
nicht also eingeführt oder nöthig gewesen: velut in causa *Vecti-*
galiū dicitur *art. 19. Capit. Ferd. IV. Conf. etiam de Privilegi-*
is Monetariis Sequentium Imperatorū Capitulationes, & cum-
primis *novissimam Leopold. Art. 34. quem Art.* non minùs
in *Concepto Capitul: perpet.* interpolatum videas: Ohne ab-
sonderliche Einwilligung und Consens der Sieben Chur-
fürsten/Fürsten und Stände: & porrò quoad restitutio-
nem: Auch einen solchen privirten Stand / ohne Vorwissen
und Bewilligung der Churfürsten / ausser einer allgemei-
nen Reichs-Versammlung / und der Stände Bewilligung /
nicht restituiren. Et prætereà in modernis Comitiiis desi-
derabant Statûs, ut imposterùm, si quis monetandi privile-
gium apud Imper. Majest. quæreret, non duntaxat *omnium*
Statuum suffragia desuper exquirerentur; sed simul etiam
ille *Circulus* audiretur, cujus Impetrans ille membrum &
civis est: Cui simile quid, ratione *Mediatorum*, *Concepto*
Capit. Perpetua insertum videmus: Denen mittelbahren
Ständen mit dergleichen oder andern hohen Privilegien, oh-
ne Mit-Einwilligung der Churfürsten / * Fürsten und
Stände / insonderheit der Mit-Interessirten / * nicht will-
fahren.

XV. Ad

XX.

Ad BELLICA procedamus, ubi Belli indictio, Gestio, item Pacificatio, ut & Fœdera occurrunt. De arbitrio Bellico disponit *Art. 3. Capit. Carol. V.* Daß Keyserliche Majest. kein Gezänck / Fehde noch Krieg / in oder außershalb des Reichs / von desselben wegen / anfangen oder unternehmen / noch einig frembd Kriegsvolck ins Reich führen wolle / ohne Vorwissen / Rath und Bewilligung der Reichs = Stände / zum wenigsten der Sechs Churfürsten. Consonant *Capit. sequentes & Art. 13. Capit. noviss.* ibi Ohne der Churfürsten / Fürsten und Stände / zum wenigsten der sämptlichen Churfürsten: Quæ verba posteriora Collegium Principum, in Concepto Capitul. perpetua, omitti voluit: Quasi partes subsidiaria, quæ Electoribus per Capitulationes anteriores eô casu competebant, si quando universi Statûs adiri, vel consensus illorum obtineri non posset, per *Instrum. Pac. Art. 8.* cessaverint: Quamquam hic Art. jam dum in *Art. XI. Cap. Ferd. IV.* temperatus esse reperitur: quod ipsum *Limnæus* ad solum casum necessitatis refert: Utiq; ad Bellum defensivum suô arbitrato Cæsar procedere potest; *vid. Lampad. P. III. de Republ. R. G. c. 19. n. 17.* nisi Defensionem in futurum paret: nam ita *Delectum Militum* instituit, mit vorgehabtem Rath und Consens der Sieben Churfürsten: *Art. 16. Capit. Leopold.* ne videlicet suspiciones adversus ipsum, de machinatione quâpiam adversus libertatem Statuum oriatur; aut Exterorum unus altervè præter necessitatem concitetur. Cæterùm ne quidem cum *Electo-ribus* Imperator de quibusvè *Actionibus Bellicis* communicare potest. *vid. Limnæus ad Capit. p. 631. & 646.*

XXI.

Finis Belli PAX, quàm Imperator cum consiliô & opera statuum facit: *R. A. de ann. 1512. §. Item ob uns. junct. R. A. d. ann. 1641. §.* Wir haben uns auch. *Instr. Pac. art. 8. §. gaudent.* Nec ullibi *Electo-ribus* hâc in re peculiare quid tributum esse

E

esse

esse reperimus; ne quidem in *Pace Pragensi d. ann. 1635. pr.* ibi: Die weil man zu keiner allgemeinen Reichs oder andern gemeinen Versammlungen sicherlich gelangen können: siquidem per *Conventus* hocce posteriores non præcisè *Conventus Electoralis*; sed potiùs *Deputatorum* intelligendus est: Per *S. fin. dictæ Pacif.* ibi: Zum wenigsten Deputations Tags. Quæ verò *Saxonia Electori* in eo Pacific. negotio ab aliis imputari voluerunt; apud *Sigism. Freybergerum Part. III. German. Perturb. & Restit. Discurs. 18.* discussa invenies. Interea in hoc ipso Negotio Pacis Imperator Officio satis fecisse sibi videtur, si tantummodò Status de conditionibus, quibus pacisci cupiat, certiores reddat, Eorumque Consilium desuper requirat. Quòd enim Cæsar Eisdem ad publicum *Conventum & Tractatus ipsos* ægrè admissurus sit, ex perplexo illo *Responso*, ad Monitum nuperum quò Status per Legatos suos *Neomagico Conventui* interesse cupiebant, à suâ Maj. præbitò, haut difficulter colligi potuit.

XXII.

Ad pangenda FOEDERA antehac etiam suffragia Statuum cæterorum, præter Electores, requirebantur. *R. A. d. ann. 1495.* Oder Handhabung des Friedens. *R. A. d. anno 1512 S. item Haben wir.* Sed *Maximilianus*, prædictò *R. A. de ann. 1495.* non attentò, *Statibus insciis*, cum Pontifice, item *Franciæ & Arragoniæ Regibus*, foedus se inire potuisse opinabatur: quasi ad *Officium tantum Cæsareum* pertineret, Status, si commodè fieri posset, hanc in rem asciscere. Hinc in *Comitiis ap. Goldast. p. 86.* Der Reichshandlungen: respondet: Zu der Einigung sey der Stände Bewilligung nicht nöthig gewesen; Sondern er habe das / als ein Regierender Keyser / nach Schickung des Allmächtigen / auch hohem Rath und Erwegen / und dem H. Reich Teutscher Nation und gemeiner Christenheit zu gut / aus Sich Selbst wohl Zug und Macht gehabt. Wo Ihnen dann die Stände solches

des

ches nicht lieb seyn lassen wolten / möchte ihnen darumb übel
gesprochen werden ; in Ansehung ihrer Pflicht und Eid / die
Sie wohl weisete / was sie Ihm und dem Heil Reich gönnen
und schuldig seyn sollen. Sed postmodum *Electorum* consen-
sus unicè requisitus est : *Art. 7. Cap. Carol. V. & Art. 6. Capit.*
Ferd. II. & majoris quidem partis, in *Conventu Collegiali* : *d.*
Cap. Ferd. III. Art. 7. cum videretur res meli9 in *Conventu* ex-
pendi ; nec precibus, minis, timori, tanta vis esse : tum & of-
fensio vel repulsã expetiti fœderis non tam onerosa fieri to-
ti Collegio, atqve poterat singulis. Vicissim non facilè au-
dere credebantur singuli, qvòd ausuri fuerant universi. Vid.
in simili Lehmannum Lib. 7. Chron. Spirens. c. 79. In *Instrumen-*
to autem Pacis, *Art. 8. §. Gaudeant*, Iterum *Status omnes* re-
quirendos esse, disponitur. Interim, qvia saluti Imperii non
semper expedit, ut *Comitialem Conventum* expectando, Con-
ditiones Fœderis oblatae pereant : Ideò in *artic. 7. Cap. Ferd.*
IV. & art. 10. Capit. Leopold. conventum est, ut sicubi res mo-
ram non ferat, *Electorale tantum Collegium* de super consultâ-
se sufficiat. Equidem in *Projecto Capitulationis Perpetuae*, in
Collegio Principum, *Artic. 10.* ita de hoc negotio constitutum
est, Wir haben dann zuvorhero der Churfürsten / Fürsten
und Stände / Bewilligung auff einem Reichstage hiezu er-
langt : Omittis illis, qvæ in casu, ubi publica salus & utilitas
Eine mehrere Beschleunigung erforderten / de solo *Electo-*
rum consensu, bis man zu einer gemeinen Reichs-Versam-
lung kommen könnte / in *capit. Leopold.* disposita fuerant.

XXIII.

Subsidia publica Imperio gerendo destinata sunt **CON-**
TRIBUTIONES, qvas in casu necessitatis, adeoqve extra-
ordinem, ante hac Imperator, solò *Electorum* consensu præ-
habitò, indicare poterat. Sic tamen in *art. 14. Capit. Ferd. III.*
Wollen wir Uns dazu der ordentlichen Mittel / als Krenß-
und Reichstage gebrauchen / oder da es je die eusserste Noth-
durfft

durfft erfordern thäte / mit Rath und Gutachten mehrerer
wehnten Sechs Churfürsten / verfahren. *Utiqve Statuum*,
Consensus etiam Carol. V. tempore, (non obstante *art. 12. irre-*
strictô, Capitul. Carolina,) negligi non potuit: *conf. R. A. zu*
Worms d. anno 1521. S. Und dieweil wir. & S. Damit. Item
R. A. zu Nürnberg. d. ann. 1524. S. Und erstlich nach dem. Et
in art. 12. capit. Matth. Statuum expressa mentio injicitur; ibi:
auch die vom Reich un̄ desselben Ständen eingewilligte Steuer
und Hülffe: *qvæ tamen verba dispositiva non sunt*; do-
nec in Instrum. Pacis, artic. 8. Omnium Statuum consensu ex-
fertè requisitus fuit: qvòd ipsum in Capit. Leopold. art. 17. (post-
quam Status un̄ animò Electores, Capitulatione caveri,
monuerunt, daß die neue Auflagen anderst nicht / als mit
Rath / wissen und Bewilligung der Churfürsten / Fürsten un̄
Stände / und zwar allein auff Reichs- und auf keinen Kreyß-
Tägen angefetzt werden sollen / *simpliciter receptum est*; ibi:
Die Steuer Auflagen anderst nicht / als nach Ausweisung
berührten Frieden = Schlusses ansetzen / noch ausschreiben.
Etiamsi verò Rationes accepti & expensi Statibus non minùs
reddendæ videantur, (*R. A. zu Nürnberg. d. anno 1522. S.*
Und soll demnechst. R. A. d. ann. 1526. S. weiter. R. A. d. an. 1542.
S. und solche.) *Eorumvè Deputatis. R. A. zu Erfurth. d. an.*
1567. pr. S. Nachdem. & seq. item S. So seind hierauff: pro-
ut etiam in Concept. Capit. perpet. hunc in modum sibi Status
cæteri prospexere: Und von dem Reichs Pfennig - Meister
jedesmahls / auf dem nächst darauf folgenden Reichstag rich-
tige Rechnung gethan werden; *Electores tamen in Conventu*
Ratisbon. d. anno 1630. in Duplicâ suâ, id sibi cum primis asserere
voluere: Keyserl. Majest. solle / des kläglichen Verlauffs
wegen / Inquisitiones in denen Kreyssen anstellen / auch verneh-
men lassen / was der Empfang biß anhero gewesen / und / wo
derselbe hinverwand / gebührende Rechnung thun lassen;
Auch mit dem Churfürstl. Collegio, als welches im Reich er-
hobe

hohenen grossen Gelds wegen / wie dasselbe angelegt / nicht
unbilllich Wissenschaft haben solle / darauß communiciren:
utcunqve Imperator *Sibi* rationes præcipuè reddendas esse
constituerit. *R. A. d. ann. 1566. §. Gleicher gestalt. ibi:* Sollen
die Pfennig- Meister auß Uns bescheiden / Uns gehorsam
und gewärtig seyn: Und soll ihnen / denen Pfennig- Mei-
stern / ohne Unsere Bewilligung in ihren Raitungen nichts
passirt werden.

XXIV.

Pertinet ad Emolumenta Imperii, quòd à temporibus
Caroli V. Imp. placuerit, si quæ FEUDA majoris momenti, ut
Principatus, Comitatus, Civitates, refutatione, delictò, vel
morte Vasalli aperirentur, Imperio incorporari debeant.:
In *Capit. autem Ferd. IV. & Leopoldinà* habetur, quòd nulli alii
denuò conferri debeant, citrà præscitum Septem Electorum.:
Art. 30. cujus quidem requisiti (quòd potius prohibitio, ha-
tenùs absoluta, aliquantum laxatur,) in anterioribus Ca-
pitulationibus non videas mentionem fieri. *Art. 32. Capitul.*
Ferd. III. & c. In *Modernis Comitibus*, quoad Feuda Imperio aper-
ta, in *Electoratibus & Principatibus* conferendis, *Electorum*
consensum; Sed in *Comitatibus & aliis Dominatibus*, omni-
um *Statuum* præscitum exigi debere, Status voluerunt: ut-
cunqve in *Concepto Capitul. Perpet.* indistinctè legatur: Ohne
Vorwissen der Sieben Churfürsten / Fürsten und Stände /
ferner niemand leihen. Sed *Feuda exigua* hæc provisio non
concernit. *vide. Exempla ejusmodi Feudorum apud Auto-*
rem der Lindauischen Ausführung; p. 337. & 916.

XXV.

Quantum verò ad ALIENATIONEM Bonorum Im-
perii attinet, *Limnetus* quidem ad *Electores* non solùm; sed
ad *Status* etiam *ceteros*, ab Imperatore rem deferri oportu-
isse, docet: *ad Art. 9. Capit. Carolin. p. 163. & seqq.* Sed ex Privi-
legio *Reipubl. Francofurtensi* concessò, de non oppignorando

idipsum malè probat: Nec in *Capit Carol. Art. 23. Statuum*, consensus; Sed tantùm rechtmässige Berwilligung der Sechs Churfürsten desideratur. Ita postmodùm quoque in *Art. 8. Capit. Ferd. II. Art. 9. Capit. Ferdin. III. Art. 9. Capit. Ferd. IV. & Art. 12. Capit. Leopoldinæ*. Num verò non solùm Collegialis, per verba: gemeldter Churfürsten sämtlich / sed insuper etiam *unanimis* Electorum consensus desideretur? non minùs in ambiguo est. *Limneus* asserit, ad *d. Art. 9. Capit. Carol. V.* quia minùs favorabilis sit alienatio. Sed veluti hæc ratio non concludit, ità præter Legem tale quid asserere Privato non licet.

XXVI.

Et hæc ferè sunt Negotia illa, quæ Imperatoria Majestas cum consensu Electorum expedit: In UNIVERSUM verò Magnarum rerum in Imperio, tum inter se, tum etiam cum Cæsare, præconsultationem ELECTORES SERENISSIMI suscipiunt; & velut COMITIALI CONCLUSO præcipuum pondus Collegium Electorale adjicit: ita si quando ad ipsum *Recessus Imperii Conceptum* devenitur, istud proprium & peculiare sibi esse Electores asserunt; atque, contradicente Principum Collegiò, in Comitiiis *d. anno 1641.* acriter propugnarunt, daß allein denen Churfürsten / in Ihrem Rath / das Concept des Reichs Abschieds abzulesen und zu überlegen gebühre; Solches aber dem Fürsten Rath nicht zu communiciren sey: Sondern derselbe so wohl / als die Reichsstädte / zu erwarten habe / biß ihme der Recess, bey der gewöhnlichen Deputation, vorgelesen werde: quod & observantiâ tuentur. Quantum deinde in CAPITULANDO cum *Electò Romanorum Rege* valeant Electores, huc quidem adeò non pertinet, ubi de consensu eorum, prout illum Imperator, nach angetretener Keyserlicher Regierung / adhibet, differimus. Saltim quoad *Capitulationem Perpetuam*, quam velut *Legem Fundamentalem* futuris Cæsaribus inculcare,

care, per. Inst. Pacis, Art. 8. §. 3. placuit, notissima est non modo ex *Actis superiorum Comitiorum in anno 1653*, Collegii Electoralis, (quod solum sibi hâc in re arbitrium, non attentò dictò Art. 8. asseruit,) cum Collegio Principum disceptatio; verùm etiam in *Modernis Comitiiis* Electores aliam *Instrumenti Pacis* intentionem fuisse, denuò prætenderunt: per quam non sit censendum Aureæ Bullæ & observantiæ, in prioribus Capitulationibus, (quâ præter Electores nunquã Statûs cæteri ad capitulandum admissi fuerint,) derogatum esse: quin potius obverterunt, desideria Principum interfactiones excitata, ad Comitia, ut ibidem, quâ ratione illis satisfieri posset, ulterius disquireretur, referri oportuisse: cum de Legibus Imperii & Juribus Fundamentalibus in Diæta Pacificationis, imixtis nempe Exterorum Coronis, disponendi locus non fuerit. Postquam tamen Principes ad negotium hoc *Capitulationis Perpetuæ* tandem admissi sunt, atq; hinc inde concepti, varièqve ac sæpius relecti & emendati Articuli: illud demum pretium operæ apparuit, ut dum multiplices in sollicitis verborum formulis reperiantur recessûs, utraq; pars imposterùm suis gavifura sit assentationibus. Nec tamen exitum res adhuc dum sortiri potuit.

XXVII.

Denique num Electores, non existente Cæsare, aut in INTERREGNO mediò, *Comitia* indicere & celebrare valeant? infructuosæ quæstionis est; Nam veluti Leges nostræ Fundamentales diuturnum interregnum non admittunt, ac proinde Cæsar electus, cum opus fuerit, Comitia protinùs indicere potest: ita non minùs cætera jura Imperatoria tantisper *Vicarios* respiciunt; Comitia verò si necessarium fuerit, ab his indici non possunt: quoniam divisim imperant; & si fieri hoc velit ab Electoribus, aliâ sanè ratione institui debet, quàm à Cæsare; atque eò modò, qui libertati Ordinum, in statu Majestate vacuo, non officeret: Quòd enim

QA TH 2/25
enim provisio gerendi Imperii generalis ad *totum Electorale Collegium*, vacantis Imperii tempore, pertineat, non est dubitandum; eoque respicit §. 8. der Churfürsten Verein / quæ *Wormatia anno 1521.* erecta est: ibi: Sollen und wollen wir obgenante Churfürsten / in allen Sachen und Handlungen / die das Römische Reich und uns Churfürsten von des Heil. Reichs wegen antreffen; als ob jemand/wer der wäre/nach dem H. Reich stünde / oder stehen würde/un sich des unterwinden wolte ohne unser aller obgenandten Churfürsten sämtlichen Willen/Wissen und Verhängnis/es wäre mit Vicariat oder anders/in welcher Weise das wäre / anders dann von Alters herkommen/oder ob es antreffe Bestätigung oder Bewilligung zu einigen Sachen zu geben/oder ob einige Werbung ic. an einigen Unser käme/ ic. Darinnen sollen wir sämtlich oder der mehrere Theil Beschliessung thun. *ap. Goldast. P. 8. der Polit. R. Handel: c. 3. p. 217.* Quâ Conventione ELECTORES sibi regulariter curam illam universalem, nullâ factâ mentione Comitialis cæterorumque Statuum Conventûs attribuunt: Sed ne' ab Instituto longiùs divertamur; ideo Tractationi nostræ finem imponimus.

D. S. G.



Handwritten blue ink scribbles and a signature, possibly 'Worm'.

B. N. II, 86.

h. 16, 15.

DIV

ELI

DN. N
PHOI

Sereniff.
Confil. Eifer
Salanâ Seni
Professore

Domino

IN

GOSSO

Recusa

CIIS

U

ALI,

RISTO-
JCTO,

filiario, &
dicæ in Almâ
l. ac Feudalis
& Scabina


lendidissimo.

UM

Holfatus.

A,

ALLERI.



Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Inches
Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

